

A 231
3

00. d. =

Hist:

III

C. 2.

af
7

والله اعلم
بالحق

DISPUTATIO INAUGURALIS,
Exhibens
DECADEM
OBSERVATIONUM PHI-
LOGICARUM,

è Literatura

- | | | |
|-------------|--|------------|
| Græca, | | Arabica, |
| Ebraica, | | Perfica, |
| Chaldaica, | | Æthiopica, |
| Syriaca, | | Armenica, |
| Samaritana, | | Coptica, |

depromptarum,

Quam

JEHOVA FELICITER JUVANTE,
EX DECRETO MAGNIFICI SENATUS ACADEMICI
IN REGIA PRUSSORUM ACADEMIA,

PRO LOCO

Profession, Græcæ, Ebrææ ac reliq. Orient. Lingvar, Extraord.
publicæ atque solenni *Φιλανατολικολογιστων* Ventilationi submittit

M. JOH: BERNHARDUS HAHN,

Lingg. Prof. Publ. constitutus,

RESPONDENTE

ANDREA MURRAY, Memel. Pruss.

Literat. Oriental. Cult.

IN AUDITOR'O MAXIMO,

Anno MDCCXIV. Die XIX. Aprilis, Horis ante- & pomeridianis.

REGIOMONTI, Literis REUSNERIANIS.

PATRI PATRIÆ
AUGUSTISSIMO, SERENISSIMO ATQUE POTENTIS-
SIMO PRINCIPI AC DOMINO,
DN. FRIDERICO
WILHELMO,
REGI BORUSSIÆ,
MARCHIONI BRANDENBURGICO,
S. R. I. ARCHI-CAMERARIO ET ELECTORI,
SUPREMO ARAUSIONENSI VALLANGINENSI ET NEO-
COMENSI PRINCIPI,
MAGDEBURGI, CLIVIÆ, JULIÆ, MONTIUM,
STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM, VANDA-
LORUM ET MEGAPOLIS, ITEM IN SILESIA, CROSNÆ
DU CI,
BURGGRAVIO NORIMBERGENSI,
PRINCIPI HALBERSTADII, MINDÆ, CAMINI,
VANDALLÆ, SVERINI, RACEBURGI & MEURSÆ,
COMITI HOHENZOLLERIÆ, RUPINI, MARCÆ,
RAVENSBERGÆ, HOHENSTEINII, TECKLENBURGI,
LINGÆ, SVERINI, BURÆ & LFFERDAMI,
MARCHIONI VEHRÆ & VLISSINGÆ,
DYNASTÆ RAVENSTEINII, ROSTOCHII, STARGARDIÆ,
LAUENBURGI, BUTOVIÆ, ARLAIÆ AC BREDÆ, &c. &c. &c.
REGI AC DOMINO SUO LONGE CLEMENTISSIMO,

*Hæc Professionis Lingvarum, nuperrimè gratiosissimè collatæ, primordiâ,
in subjectissimæ devotionis & humillimæ gratitudinis signum, cum
ferventissimo perpetuæ felicitatis ac Regiæ prosperitatis voto, hu-
millimè offert ac consecrat*

M. JOH. BERNHARDUS HAHN, P. P.

OBSERVATIO I.



Ovi Testamenti Græci formam externam aliam antiquitùs fuisse, quam uti hodie eam habemus, nemo facile in dubium vocabit : comprobant enim hoc Codd. MSS. antiquissimi, absque divisione in Capita & Versus, (de quorum primis inventoribus videri potest JOH. LEUSDENII Philol. Hebræo - Græc. Dissert. III.) imo absque Interpunctionibus, omnique vocum à se invicem intercapedine exarati, cujusmodi Codd. Jo. MILLIUS in Prolegom. N. T. Oxon. 1707. edit. passim recenset, ex quibus imprimis adduci meretur incomparabilis Codex Alexandrinus, quem ipse Londini contemp-
platus & admiratus sum : Exaratus is est caractere grandiori seu unciali, continuo literarum ductu, absque verborum distinctione, accentuumque ac spirituum notis, ex quo speciminis loco, ut quilibet de antiquis N. T. Codd. veram sibi ideam concipere possit, partem loci istius exhibere placet, quem Doctissimus Doctor JOHANNES ERNESTUS GRABE, Nostras, in Præfat. Edit. LXX. habet ex Exod. IX.

33. h. m. ΕΞΗΛΘΕΝ ΛΕΜΩΥΧΗ ΣΑΡΟ
ΦΑΡΑΩ ΕΙΚΤΟC ΤΗC ΠΟΛΕΩC ΚΑΙ
ΕΞΕΠΕΤΑΕΝ.

Num verò Notæ Distinctionum adjectæ varias difficultates, magnasque subinde contentiones pepererint, nunc non inquiremus. Equidem Cl. M. AUG. BISHOPP/ vir græcè doctissimus, in Dissert. I. de Interpunct. Græc. N. T. Jenæ 1708. hab. §. 1. p. 5. asserit, Scripturam Sacram N. T. absque his distinctionum signis attentius atque curatius legi, quam cum iisdem; hancque suam hypothesein probat verbis illis Salvatoris, Matth. XI. 21. Luc. X. 13. *Væ tibi Chorazin*, quæ verba in textu græco conjunctim scripta, h. m. ΟΥΑΙΣ ΟΙΧΩΡΑΖΙΝ bene se habere; distincta vero postmodum, ουαι σοι χοραζιν, occasionem præbuisse errori, ait, ac si Urbs esset, cum inte-

A

gra

4
 gra quædam provincia seu Regio, nomine *Zin* fuerit, sicque vertenda sint verba: *Ve tibi Regio Zin*. Huic vero sententiæ obtare videtur autoritas Versionum Orientalium, imprimis Arabicæ, quæ habet vocem **كُؤِرْزِرِين** nec non perantiquæ Syriacæ, quæ in utroque loco exhibet vocem **ܟܘܪܝܢ** manifestò indicidò, voces has eo tempore junctim lectas, & pro nomine proprio Urbis habitas fuisse: aliàs enim, si vocem *Χωρα* de Regione intellexisset Syrus, dixisset **χωρα Ζιν**, sicut Marc. I. 5. habet **χωρα Ζιν** *Regio Judæ*: & quid sibi vellet Procho Literæ Risch adjectum? Cæterum Urbem hic intelligi, non Regionem, docet nos HIERONYMUS Sec. IV. scriptor, dicens: *Chorazim & Bethsaida urbes Galilæe à Salvatore planguntur, quod post tanta signa atque virtutes non egerint penitentiam: & post pauca: Inter cæteras civitates & viculos æstimandum est, in Chorazaim quoque & Bethsaida, Dominum signa fecisse.* Comment. in Matth. Tom. VI. Opp. Edit. Paris. p. 19.

OBSERVATIO II.

E Didit non ita pridem *Anonymus* quidam *Exercitationem Critico-Literariam*, in cujus Sect. I. Magnif. Dn. JO. ANDR. DANZI, Græc. ac Orient. Lingv. Prof. Ord. in Academia Salana multos per annos Celeberrimi, nunc Theol. D. & Prof. Ord. meritissimi, Viri in Literatura Orientali versatissimi, hodieque facile Principis, **מרקוק** seu *Literatorem Ebræo-Chald.* Jenæ, Anno 1696. edit. examinandum sumpsit, deque eo s. 1. ita judicat, quod sit Grammatica imperfecta, plagiararia, suppeditet regulas erroneas, innumeris scateat falsis, & *עמם גודאס* sit conscripta. Ea tamen, quæ in seqq. probationis loco in medium profert Autor, maximam partem ita sunt comparata, ut ejus in Ebraicis inscitiam subinde nimium prodant, prout hoc facile ostendere possem, si omnia hac vice sub

sub incudem revocare propositum meum concederet. Duo tamen ⁵
 adducam, quibus effato meo fidem faciam, ne illud ex præjudicio
 profectum videatur: Primum ex §. II. desumptum esto, cujus verba
 initialia sunt sequentia; *Primum membrum statim probamus (1.) ex*
Observ. 1. p. 13. ubi legitur seq. Observatio: Literæ unius organi facile
inter se alternant. Quæ tamen regula, cum plures dentur voces, quæ
ex ista resolvinequeunt, imperfecta est. Sic in וְבַתּוֹרָתוֹ & in lege
ejus, Psalm. 112. sic in יפֿתֿ pulchraes, Cantic. VII. 6. הִן תִּן תִּן ex
hoc principio est mutatum; jam vero הִן & תִּן non sunt literæ ejusdem
organi &c. Egredie sanè! ita Autor in ipso limine turpiter halluci-
 natur, suamque prodit inscitiam. Vel tyronibus enim notum est,
 in hisce vocibus literam ה non vi hujus Canonis in ת mutata esse,
 sed ex alio plane fundamento. Quod enim attinet vocem וְבַתּוֹרָתוֹ,
 est illa in Statu Affixo, ab Absoluto תּוֹרָה, cujus ה propter Affi-
 xum mutatum est in ת, juxta MATTH. WASMUTH. Hebr. Rest. R.
 XIX. M. VIII. (3) & R. XLVI. M. I. (3.) In voce vero יפֿתֿ, cu-
 jus Radix est יפֿה, lit. ה plane non est mutata in ת, verum, ut ה
 crescens, in י juxta WASMUTH. l. c. R. XXXIV. M. II. (2), & ulti-
 mum ת est Affirmativum, indicans person. 2. f. Præter. Atque
 sic apparet, exempla illa Canonem hunc plane non infringere, & si
 vel maximè eidem obstarent, quid exinde contra DANZIUM, qui hunc
 canonem neque solus, neque primus exhibuit, sed ante Eum WAS-
 MUTHUS & alii plures: hos igitur omnes reprehendere, eorumque
 Institut. Grammat. imperfectionis arguere debuisset Autor, non ve-
 ro solius DANZII, sed melius fecisset, si tacuisset. Alterum peticum
 est ex §. IV. ubi inter alia ita scribit: *Pag 134. (Lit. DANZ.) non-*
nulla erronea deprehenduntur. Sic in vocibus nor. (n) add. nempe
וְשִׁעְתָּה & אִימָתָה Tonus non est in penultima, sed ultima. Hic
 rursus Autor valde errat ipse: Utraque vox enim est Milèl, quod
 vel ex WASMUTHI Hebr. ad quem sæpissime provocat, Reg. XVI.
 M. II. (2) ubi hæ voces exhibentur, discere potuisset Autor. Vox
 וְשִׁעְתָּה Psalm. III. 3. occurrens, habet Accent. Schalscheleth in
 penult. in voce אִימָתָה Exod. XV. 16. habetur Paschta geminatus.
 Itane vero hac vice deseruit Autorem Doctrina de Accent. ut nesci-
 at, Paschtam, Accentum Postpositivum, sæpe bis poni, priorem ve-

6
 ro tunc ex geminis acere ? Sed eò abducit hodie multos perverfus inclarefcendi pruritus, ut Viris Celeberr. bellum literarium indicant, eorumque fcripta, quæ fæpe ne quidem intelligunt, arrodat, ut rurfus ab iis refutentur ; qua fpe tamen fæpe excidunt, dum Viri Eruditi femidoctos ejusmodi, Machiavelliftico modo inclarefcere ftudentes, omni prorfus refponfione indignos ju- dicant.


OBSERVATIO III.


Lingvam Chaldaicam affinem valde & cognatam efle Lingvæ Ebraicæ, affirmamus, vix tamen illis adftipulari possumus, qui cam ab Ebraica ad modum Dialecti tantum differre afserunt, fed amplectimur fententiam B. AUG. PFEIFFERT, quam propofuit in Critic. Sacr. Cap. III. p. 52. feqv. Neque plane eadem & fcribendi & legendi ratio eft Chaldæorum, quæ Ebræorum, prout vulgo Grammatici tradunt, etiamfi eafdem literas, eademque Puncta cum Ebræis habeant. Maximum quippe legendi momentum in lingvis hifce in genuina ׀ Schva pronunciatione fitum eft, quod vel cum præcedente, vel cum fequente litera legitur, & proinde aliud Mobile, aliud Quiefcens appellatur. In maximo vero hoc legendi momento, nempe in lectione ׀ Schva, differunt Ebræi & Chaldæi. Hi enim, fecus ac illi, poft vocalem longam quancunque, Metheg & Tono deftitutam, habent fubinde Schva quiefcens, quod ex Dagefeh Leni, fequenti literæ בּוּרְכַת impreflo, manifeflum eft, cujus rei exempla fat multa reperiuntur paffim, v. g. עֲבִירָתָּהּ Dan. II. 49. יְקִירָתָּהּ Dan. III. 15. שְׂאֵלָתָּהּ Dan. IV. 14. וּבְחִשְׁתָּהּ Efr. IV. 12. מְרִירָתָּהּ Efr. V. 8. Alia quoque ex Targumim exempla afferri poffent, fi res ulteriori probatione indigeret.

OBSERVATIO IV.




Diphthongos proprie dictas nullas reperiri in Lingvis Orientalibus, Philologis notum eft : Evicit hoc, quoad Ebraicam in pri-

inprimis Lingvam , AUG. PFEIFFERUS solidissima hac ratione, quia
 impossibilis est immediatus duarum vocalium in una syllaba concu-
 rus & coalitio, qualis tamen ad gignendam diphthongum necessarius
 est: vid. Introduct. in Orient. p. 73. unde admodum cespitasse di-
 cendi sunt illi, qui in Lingva Ebr. expressis verbis diphthongos sta-
 tuerunt, è quorum numero sunt, SEB. MÜNSTERUS, JOH. AVENAR-
 RIUS, CASP. WASERUS, THOM. BLEBELIUS, PETR. MARTINIUS,
 ROB. BELLARMINUS, aliique. Sed de Lingva Syriaca dubitari posset,
 inprimis quando literæ Wau & Jud valorem consonantium amittere,
 & cum præcedenti vocali in unam syllabam coalescere videntur, v. g.


 au, eu, ai & oi: Verum ostendit Cel.
 D. HENR. OPITIUS, in hisce Syros non tam Diphthongos, quam
 potius διφθόγγους quid, seu sonum Diphthongorum admitte-
 re; Syriasm. p. 8. Et Magnif. D. Jo. ANDR. DANZIUS rem hanc
 clarissime exprimit his verbis: *Diphthongos amulari creduntur Wau
 & Jud, qualibet cum vocali præcedente sibi heterogenea coalescens.*
 Adit, Syr. Reclus. § 8. p. 7. Prolixè vero Diphthongos Syrorum
 impugnat M. DAN. SCHWENTER, in Ventilat. Grammat. Secund.
 Norimb. A. 1627. edit. p. 22. sequ. ubi quoque vult, vocem


Paulos, & Juseph pronuncii-
 andam esse. Sed si vel maxime dicamus *Paulos, Juseph*, non ta-
 men propterea existet Diphthongus, cum lit. o sit consonans, & sic
 nulla vocalium coalitio oriatur. conf. JOH. MICH. DILHERRI Rudi-
 ment. Grammat. Syriac. p. 10.

OBSERVATIO V.

Prima vox versionis Samaritanæ Pentateuchi 
 descendit à radice  unde & aliàs plene scribitur
 *Principium*, prout observat Cl.
 CHRA

CHRISTOPH. CELLARIUS in Hor. Samarit. ad Gen. I. r. not. (a): proinde compensatio ejectionis literæ Daleth per Dagesch forte (quò, ut & vocalibus, Samaritani destituuntur) in sequ. Litera concipi, & in pronuntiatione exprimi possit; quemadmodum videmus in Lingva Chald. à rad. קרם vocem plene scribi קרמנה & ejectione ר, קרמה juxta JOH. BUXTORF. Lexic. Chald. Talm. col. 1972. sequ. Secunda vox in Versione Samarit. Pentateuchi, est פ.מ.ז.ו. Creavit, pro qua etiam reperitur מ.מ.ז.ו. notante rursus CELLARIO, l. c. not. (b), ita ut literæ unius organi, Samech & Zade inter se permutatæ sint. Hanc vocem Samarit. commodissime derivari posse ab Hebr. צלם permutatis inter se ז & ט, ac in fine addito ס paragog. existimat Cl. M. Jo. HEINR. HANEY Observat. Philol. Crit. XIII. Conf. tamen Celeb. EDM. CASTELLI Lexic. Heptagl. p. 1512.

OBSERVATIO VI.

Arabes quoad numerum Literarum & Vocalium ab Ebraïis discrepant: Consonantes enim plures, Vocales vero pauciores habent; interim si discrepantia hæc accuratius paulo pensetur, patebit, eam non adeo magni esse momenti. Quod enim attinet Literas Arabum, exhibentur eæ à Grammaticis vulgo XXVIII. quarum tamen aliquot quoad figuram prorsus, quoad valorem fere conveniunt, & solum per puncta quædam dignoscuntur, uti ex sequ. VI. (quo senario numero numerus literarum Ebraic. exceditur) **ط ص ز ح ث** manifestum est. Num vero puncta illa numerum literarum augere possint, non adeo certum est: Sane JAC. RHENFERDIUS hoc perperam fieri pronuntiat, ita in Rudim. Gram. Harm. Lingv. Orient. p. 1. inquit: *Quemadmodum apud Ebraeos punctum Dagesch & Mappik literis כנרדפת ו ה impressum, numerum literarum non auget, ut 28. vel 29. sint, ita quoque punctum sex septemve Arabum literis addi-*

additum, illarum pronunciationem quidem nonnihil immutat, numero vero propterea ipsi nihil addit. Conf. quoque Jo FRID. NICOLAI Gram. Lingv. Or. Harm. p. 2. & 3. Addit etiam posset pro confirmanda hac sententia litera Ebr. Ψ , quæ vel in dextro, vel in sinistro cornu puncto notatur, quod pronunciationem aliquo modo variat quidem, juxta plur. Gram. tamen distincta literam non efficit. Vocales Arab. tantum tres dantur, nempe Fatha $\bar{\text{ا}}$ Kesre $\bar{\text{ا}}$ & Damma $\bar{\text{ا}}$, interim tribus hisce figuris omnes quinque vocalium soni exprimi possunt. Kesre enim, ordinariè valens E, in fine vocis, & ante lit. *Je* exprimit etiam vocal. I, ut قَبْر *Kir*: Sic Damma notans O, ante *Waw* ut U præfertur, ut قَوْر *Kur*: alias quoque eadem vocalis ut (◌) effertur, v. g. كُفْر *Cüfron*.

OBSERVATIO VII.

Literatura Persica eosdem characteres ac figuras literarum cum Arabica lingua habet, interim Arabes à Persis IV. literis superantur, ita ut hi XXXI. Consonantes numerent. Sunt vero literæ Persis propriæ, hæ quatuor:

پ quæ discriminis causa tribus punctulis notantur, certæ pronunciationis gratia. Nimirum پ valet *P*, ut in voce پَدَر *Pader*; چ pronunciat ut *Gh* Angl. vel ut *G* & *J* Gall. præmissa tamen lit. *D*. v. g. دَون *Djun*. ث valet in pronunciatione *Ds*, ut دَثَر *Modsd*; گ tandem ut *Kb* vel *Gh* effertur, ut گَوبَت *Ghophr*. Quam necessaria vero observatu sit pronunciatio hæc

B

ex

id

ex punctis proveniens, ostendit Cl. LUD. DE DIEU voce

ꝺ qua lecta Ker denotat *Surdum*, Gber vero pronun-
ciata exprimit particul. *Si*; in Rudiment. Lingv. Persf. p. 3.
Cæterum, Ghaf Persicum, plane aliter à Turcis profertur, quam
à Persis, nempe per *ng*, sono per nares eliso, quaratione non-
nulli Ebræorum ꝺ efferunt, observat JOH. GRAVIUS Element.
Lingv. Persf. p. 8. Vid. HIERON. MEGISERI Instit. Lingv. Turc.
Cap. II.

OBSERVATIO VIII.

Inter Nomina, quibus Æthiopes DEUM insigniunt, emi-
net illud, quo Eum appellant **ጸድር**

Dominum universi Orbis. Circa Etymologiam vocis hujus
non conveniunt Philologi: Nonnulli existimant, compositum
esse nomen ex tribus vocibus, **ጸ**: **ር**: **ድ** qua sententia
est LUD. DE DIEU, cujus verba Cel. JOH. HENR. HOTTINGE-
RUS in Fascic. Dissert. Theol. Philol. Dissert. IV. p. 296. exhi-
bet seq. *Egziabber componitur ex Egzia Domino, Ab Patre,
Her Bono; quod est Dominus, Pater, Bonus, ut illi Æthiopes,
qui Rome habitant, interpretantur: à qua sententia vero ipse
HOTTINGERUS l. c. dissentit. Ex duabus vocibus constare No-
men hoc Divinum, asserit Illustr. JOH. LUDOLFUS, Æthiopica
literaturæ Propagator felicissimus, ita scribens: Nos, neglectis
aliorum derivationibus, compositum hoc nomen esse asserimus cum*

*Æthiopicibus, à voce ጸድር (de qua voce idem Aut.
Grammat. Æthiop. p. 3. notat, quod interdum reperitur scri-
pta h. m. ጸርድ* connexis inter se literis Geml & Zai,)

& **ርድ**. *Dominus Regionum, seu Synecdoch. Domi-*

uus

nus universi orbis, &c. Lexic. Æthiop. col. 286. Peculiarem de etymologia hujus Nominis sententiam fovet Jo. FRID. NICOLAI, in Schediasmat. Oriental. Jenæ, 1668. edito, Spat V. Æthiop. §. II. quam hic recensere, brevitatis nobis propolita, vetat.

OBSERVATIO IX.



ԲԴԻԱԼ : Ita Nomen Prophetæ *Obadie* in Versione Bibliorum Armenica scribitur,

quod latinis literis expressum, sonat **ABDIAS** : sicque Nomen Ebræum עֲבִיָּה non tam bene in hac, quam in aliis Orientalibus Versionibus exprimitur, Syriaca nempe & Arabica, quarum illa habet **عَوْبَدِيَا** hæc vero **د. د. د.**

Neque id mirum de Versione Armenica, cum Autores ejusdem, quicumque illi fuerint, non tam ipsos fontes Ebr. quam potius versiones, imprimis *Jæv* LXX. sequantur, imo non raro sua ipsorummet libertate utantur, cujus rei exemplum habemus in Inscriptione Prophetæ *Obadiæ*, ubi post עֲבִיָּה quibus verbis titulus in Ebræo absolvitur, sequentia in Versione Armenica inserta leguntur verba: *Quæ fuit ante ascensum in Assyriam.* Inscriptionem totam Armenicis literis hic inferere placet, h. m.

**ՏԵՍԻԼ ՔԴ ԻՈՒ ՊԵ ԵՂԼ ՆԱՄԼԱՅՔԱՍՄՈՒՏ
ԼՄՍՄՈՒՆ ԸՆԵՆՆՈՒՄ ՆՄՆԻՄ** : de qua conf. Primum istud in Germania specimen Characterum Armenicorum, *Obadiam Armenum*, à M. ANDR. ACOLUTHO, A. 1680. Lips. cum Annotat. editum.

OBSER-




OBSERVATIO X.

COptica Lingva essentialiter eadem esse videtur cum anti-
 qua Ægyptia Pharaonica Cel. AUG. PFEIFFERO, ex hac
 ratione, quia Ægyptiaca S. S. ex hodierna Copta lin-
 gva exponi possunt, prout hanc in rem adducit Co-
 gnomen Josephi, פֶּעִיחַ צִפְתָּא Gen. XLI. 45. in Dub. Vexat.
 Script. S. Cent. 1. Loc. LXXIV. Imo cum Græca Lingva con-
 venientiam aliqualem habere videtur Coptica, non tamen tan-
 tam, ut propterea appellari possit *Græca corrupta*, quam senten-
 tiam PFEIFFERUS tribuit Exc. JOH. STEPH. RITTANGELIO, Lingv. O-
 rient. quondam in hac Acad. Prof. Publ. Extr. Celeber. fundamen-
 tum quippe, quo hæc sententia inniti dicitur, admodum in-
 firmum est. Existimavit enim Vir aliàs Doctissimus, omnes
 Lingvas Orientales sinistrorsum, nullam dextrorsum scribi;
 ita enim in præfat. Libri Hochfeyerliche Solennitäten &c. dicti,
 loquitur: Wo ist jemahls in der ganzen Welt erhöhret wor-
 den / daß aufferhalb Europa und der Christenheit / in ganz
 Oriente oder Asia, einiges Volck oder Nation solte gefunden
 worden seyn / die eine Schrift von der Linken zur Rechten
 geschribet hätte? &c. Notissimum sane est Philologis, non tan-
 tum Coptitas, sed & alios Orientales populos, Æthiopes scil.
 & Armenos, more Europaorum, à sinistra versus dextram li-
 neas ducere. Conf. de Lingv. Coptic. Cel. ATHAN.

KIRCHERI Prodr. Copt. & Lingv. Copt.
 Restitut.

יהי שם יהוה אלהינו מבורך לעולם ועד
 אמן:



Leipzig
Bibliothek
Bismarck
Bibliothek



64199

AB 64 199


ULB Halle 3
001 970 631




TA → 2C

VD 17







31

af

الدراسة
والبحث

DISPUTATIO INAUGURALIS,
Exhibens
DECADEM
OBSERVATIONUM PHI-
LOLOGICARUM,

è Literatura

Græca,	Arabica,
Ebraica,	Perfica,
Chaldaica,	Æthiopica,
Syriaca,	Armenica,
Samaritana,	Coptica,

depromptarum,

Quam

JHOVA FELICITER JUVANTE,
EX DECRETO MAGNIFICI SENATUS ACADEMICI
IN REGIA PRUSSORUM ACADEMIA,

PRO LOCO

Profession. Græcæ, Ebrææ ac reliq. Orient. Lingvar. Extraord.
publicæ atque solenni Φιλανατομικουλατων Ventilationi submittit

M. JOH: BERNHARDUS HAHN,

Lingg. Prof. Publ. constitutus,

RESPONDENTE

ANDREA MURRAY, Memel. Pruff.

Literat. Oriental. Cult.

IN AUDITOR'O MAXIMO,

Anno MDCCXIV. Die XIX. Aprilis, Horis ante- & pomeridianis.

REGIOMONTI, Literis REUSNERIANIS.